Et primo quidem nobis querendū eſt: vtrū in abbatis
ſit arbitrio cū monacho de peculio diſpenſare. Ad hanc
queſtionē verbis ſummi pontificis in principio hu9 ope
ris reſpondimus: vbi teſtimonia iuris canonici in mediū
deduxim9. Sic eñ papa dixit. Nec eſtimet abbas q͡ ſup
habenda ꝓprietate poſſit cū aliquo monacho diſpenſare:
qꝛ abdicatio ꝓprietatis. ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo
eſt annexa regule monachali: ut contra eā nec ſummus
pontifex poſſit licentiā indulgere. Soluta eſt queſtio: et
negatiua neceſſario vera cōceditur. Nūc ergo in quāto pe
riculo ſint cōſtituti abbates negligentes iſta conſiderent:
qui cōtra regulā et ꝓhibitionē ſummi pontificis ꝓpriū ſuis
monachis indulgent. Non eſt maioꝛ poteſtas q̃ȝ ſummi
pontificis in eccleſia: quoniā qđ ille non poteſt abſoluere:
nemo alius poterit liberare. Cur igitur o abba teipm̄ de
cipis: cur altioꝛa te et penitus illicita p̄ſumis? Qđ papa
facere ſe poſſe denegat: tu qua temeritate vſurpas? Ecce
cū monacho contra inſtitutionē monaſticā diſpenſas ut
habeat peculiū: cū id facere non poſſe audias pontificem
ſummū? Quē teipm̄ facis? Nūquid tu maioꝛ es vicario
chriſti? Quotienſcūq; monacho cōcedis propriū: totiēs
fautoꝛē te cōſtituis vicioꝝ. Quemadmodū p̄ſumis alteri
cōcedere: quod tibi ſub eadē lege conſtituto minime licet
poſſidere? Enīuero cōſtitutis in cenobio ꝓprietas om̄i-
bus interdicitur: dū in cōmuni viuere p̄cipiuntur. Neq;
eñ de cōmunitate abbas excipitur: qui non dn̄s ſed di-
ſpenſatoꝛ rerū monaſterij cōſtituitur. Omniū itaq; fratrū
ſuoꝝ miſter eſt: ut vnicuiq; ſecundū neceſſitatē de cōmu-
ni ſubſtantia tribuat: dominū vero rerū neminē penitus
conſtituat. Si ergo monacho indulſerit propriū: iam nō
diſpenſat illi neceſſaria: ſed dn̄m conſtituit ſubſtātie alie
ne. Hoc regula ſancti benedicti prohibet: que abbatem
diſpenſatoꝛē recipit. nō dn̄m. Sanctus autē benedictus
abbatem ſub regula eſſe p̄cipit dicens. Omnes magiſtrā
ſequantur regulā: nec temere ab ea declinetur ab aliquo.
Qui om̄es ſub regula conſtituit: profecto abbatem non